In nomine Domini Amen. Noverint universi et
singuli presens publicum Instrumentum inspe-
cturi et audituri Quod anno a Nativitate
Domini Millesimo quingentesimo decimo tertio, indicti-
one prima, die vero Solis, penultima mensis
Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris
et domini nostri domini Leonis divina providen-
tia, Pape decimi anno primo. In mei No-
tarii publici, testiumque infrascriptorum ad hoc
vocatorum et rogatorum presentia personaliter consti-
tutus Henricus Clemens Gerser quon-
dam civis [illegible] sanus corpore et
mente, ac per omnia bona fruens ratione
Animadvertens huius fragili versantis in pe-
regrinose vite finem. Et quod nihil certi-
us morte, hora quoque eius nihil incertius, ideo
dum mens adhuc ratione regitur et animus
viget, volens sue ac suorum propinquorum
animarum salutem providere, ob honorem
Omnipotentis Dei, sueque inviolate Geni-
tricis semper Virginis Marie, ac sancti
Onofrii Confessoris, non vi, metu, dolo vel
fraude, aut aliqua sinistra machinatione
circumventus, quinimmo ex libera et
spontanea voluntate matura, ut asseruit,
deliberatione prehabita, et ex eius certa
scientia omnibus melioribus modo, via,
iure causa et forma quibus de iure po-